



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

Approbatio Theologica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

APPROBATIO THEOLOGICA.

Opus hoc paucis abhinc annis divi-
sim, & per partes publicis typis
evulgatum tanta litterarii orbis
approbatione exceptum fuit, ut multo-
rum vota illud recudi denuo expetierint.
Jure igitur de novo publicam lucem
subit, ut in quo, cum fidei orthodoxæ
dogmatis & bonis moribus pugnans ni-
hil, sed totius Sacræ jurisprudentiæ pla-
cita concinno ordine per quæstiones
digesta, solidis responsionibus & momen-
tis explanata, ac perspicuâ brevitate in ta-
lem contracta sint epitomen, quæ studen-
tium commoditati mirificè serviat, & pau-
cissimis verbis dicat plurima. Ita censet.

Heidelbergæ calend. Augusti 1730.

(L.S.) FRANCISCUS SCHWARTZS. J.
Ss. Theol. Doctor, ejusdemque
in Universitate Heidelbergensi
Professor Publicus & Ordinarius,
Sacræ Facultatis ex parte Catho-
licorum p. t. Decanus.

X 3 APPRO-